UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

I. Fides.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

repleat; tepidos imperfectóſque, in viros ferventes & perfectos convertat, corda noſtra amoris divini igne inflammet, quo de te ſentiamus & loquamur, ut par eſt, ad noſtrum & aliorum bonum, amantes & laudantes te cum Choris Angelorum omniúmque cœli civium. Amen.

Affectus variarum Virtutum
Conſiderationibus præcedentibus ſubjungendi.

I. FIDES.

O Jeſu, Rex immenſæ Majeſtatis! credo delicias tuas eſſe cum Filiis hominum; qui toties è cœleſti ſolio deſcendis, & cum regno tuo ad nos divertis, ut cum hominibus converſeris: nam eo fine, velut alter Salomon, ferculum tibi feciſti, ſanctiſſimum ſcilicet Sacramentum, ut in eo per Eccleſiæ Hieroſolymam poſſis circumferri, ita ut omnes videns, à nemine niſi oculis fidei videaris.

In hoc admirando Sacramenti ferculo, oculis fidei penetrans video Humanitatem tuam, tanquam cedrum Libani, ob ejus ſublimitatem, puritatem & incorruptibilitatem, quibus illa exornatur. Ibi

cerno ſeptem columnas argenteas, ſep-
ſcilicet dona Spiritûs Sancti, aliáſque
tias, ſcientias & excellentias tuas admi-
biles. Ibi adverto reclinatorium aure-
unionem ſcilicet hypoſtaticam, in qua
etem gratiſſimam reperis. Ibi quoque
tueor aſcenſum purpureum, ſigna vu-
nerum tuorum glorioſa, & memo-
pœnarum, quas in vita mortali tole-
Denique ſub iſto candido velo tectus
nes, tu ipſe cœleſtis noſter Rex Salo-
accenſus & combuſtus amore in te
ob deſiderium inflammandi filias Je-
lem, id eſt, animas vivâ fide te aſpicie-
& mundo corde te recipientes.

II. DESIDERIUM.

O Divine Salomon! hoc Sacram-
ferculum eſt thronus, è quo nos v-
Rex gubernas: eſt thalamus, in quo
quam ſponſus, in ſpiritu jucundè no-
creas: eſt menſa, in qua tanquam P-
nos alis: tanquam dux nos protegis
quam paſtor gubernas, tanquam M-
lactas. Quis ad te non anhelet? qui-
to mentis affectu non accurrat?

O Vere Salomon! devehere, obſe-